

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

C. g. 14.

774
1599-1714

Ad loc. Sibyllae Erythraea Drungylos, Wittenberg 1713 praef. Whiston
 De Glycericorum graece, indol. & ufus, Christophi 1742. 8j.
 Oratio aditialis, Goussli 42 Ep.
 De Dionysii Sicilia tyrannis diffut. dua. Leffichen & Mez, 36. galn.
 De ratione auct. claff. tractandi gymnasticae Caeper. Wittenberg 39.
 De longevitate antediluvianorum. Goussli ad. d. d. (grätzell) galn. 41.
 De Accisimo. (simulata recitatione ej. p. max. cupinas) Kaypiz. praef. Goussli, Lina 1753.
 De jurisprudentia vett. quorum formularia. Heineccii orat. adit. Francouer, 1724.
 Item ex antiquitate sacra representationem prop. Goussli. Wittenberg 43.

De fortuna pop. romani Hübner pr. Otterov. Ep. 1713.
 De ratione exortandi iuventutem ad virtutem. Mergel (praef.) 1719 Ep.
 De gene lingua Hebraica Ep. 39.
 De poetis graecis. Goussli. Ep. pr. Otterov. 08.
 De poetis phoeae illiory. Goussli. 08 galn. praef. Goussli.
 De poetae graecis iustitiae phalliphi conrada. Wittenberg 1766 galn. praef. Goussli.
 De prima Germania facta Wittenberg 1705 praef. Goussli.
 07.
 De Germanibus (ill. philolog.) Goussli Ep. 05.
 De Germania Calare. Goussli. 08 galn. 1708. pr. Calanus.
 De imperio Palmyreno. Calanus Goussli (09) recit. galn. 08. praef. Calanus.
 De Herodoti historia a rebus suspensio. Goussli galn. 1708.
 Jul. Cal. ad. ad. Herodoti ill. galn. bell. Goussli.
 De H. Cal. ad. ad. max. germanicus. Goussli. 1702. praef. Calanus. galn.




ita loc. Sibyllae Erythroca Drunypfroz, Wilmshy 1713 praef. Waidler
 De Glosariis graec. indol. & usup. Krensch 1742. Ezz.
 Oratio aditialis, Goussii 42 Ezz.
 Dionysii Siciliæ tyrannis descript. duca. Roloffsen & Meij. 36. Götter.
 De ratione auct. class. tractandi gymnasticae Langes. Weinm. 39.
 De longevitate antediluvianorum. Goussaudor d. Douil (grötull) Götter 41.
 De Accisma. (simulata reculatione q. q. max. cupinas) Pappiz. praef. Beuff. Jura 1763.
 Jurisprudentia vet. horum formularia. Heineccii orat. editil. Franqueor. 1724.
 Itum ex antiquitate sacra representatione prop. Gou. Wilmshy 43.
 Opman de usu amphyia op. Germanos. Ezz. 40.
 Catastro Levorum illustr. Gelling & Haas. Alsf. 30.
 De ite. Ruffro Wilmshy 43.
 Ethica Solanis Salaminii. v. d. Wilmshy Götter 1699. praef. Budde.
 — Pericandri Corinthii v. d. Wilmshy. Eth. p. 13. f. 99. Budd.
 — Cleobali Lindii v. d. Gouss (H. W.) f. 99. Budd.
 — Chilonis Laed. v. d. Wilmshy (E. H.) v. " "
 De Chilone & Metecorismo logice theps. Wilmshy. Magd. 1714.
 Ethica Biantis Prienci v. d. Wilmshy. Eth. p. 13. f. 99. Budd.
 Quis Hercules idem sit ac Sofua Goussaudor d. Wilmshy. Ezz. 1706.
 De avobus f. ad sensu hominis indeum Pythagorico Wilmshy. Götter. pr. Sphusim 1710.
 De forti apud Lacones licentia Goussaudor d. Wilmshy. Ezz. 1705.
 De lectione fontium cursoria. Wilmshy d. Jacobo Lena 1699.
 De obsequio maritali Bittner. Jura pr. v. Gouss. 1741.
 De Dracone ad Albfium. Jamb. Ezz. 1707.
 De Alexandro Magno Tyranno. Sphusim d. Mungl. Ezz. 60.
 De igne Ventilius Jaco. Wilmshy. Ezz. 1713 pr. Sofua.
 Nifes Samfonis Symbolum. Matthaus. praef. Wilmshy. 1724.
 Phereclaus " " Maff. m. Maff. " " "
 De historicorum antiquorum concisionibus civilibus. Neugard d. Gouss. Ezz. 42.
 De non adaequata expeditionis in 4 facult. divisione Sop. Wilmshy 30. pr. Sphusim.
 De vitis quibus sohala insper. Jamb. (orat. auspici. rurs.) Sphusim 1712.
 De bibliotheca studiorum portatili. Albf. d. Bal. Ezz. 1703.
 De usu graecae lingua. Sphusim d. Lindor. Ezz. 1706.
 Drama oratorium de Hercule in Bivis constituto (Quadrige representat) Gouss. Praenonia
 maniff. descript. de polytheismo gentiliu. invicti Jouning 1677.
 De fortibus biblicis Gouss. Wilmshy 1693. praef. Sphusim.
 Ponderum gramaticum de ignorantia cruditorum q. Quinmann. Götter f. ad.
 De Coloffis. Ruffro d. Gouss. Götter 1699.
 De vine Colofforum. " d. Wilmshy " "
 Promissis critica deis qua in Gen. opp. a doctis ignorantis. Quinmann Götter f. a.
 Theps. variaz resp. Barotus. adol. 1735. Hal. 1735. praef. Jamb. d'Alge


74
 1697-1714



- De Augusto contraria medicina curato Lof. 1741. Gall.
 Elegarium Corficum. Brug. W. 44.
 Eloge Antiquit. Corficum, Gering " 43. prof. de Brug.
 " " " Fabri " " "
 " " " Alordt " " "
 Observ. ad Plin. Panegy. Gortz Allf. 29. prof. Hering
 " " " Gortz " 32. " "
 De constitutionibus veterum Franz " 44 " "
 Specimina quadam stili romani Jyffer Jona 37. - -
 De Bibliothecis Romanorum. Euria Juleph. 34. " Langf
 De Hadriani Imp. eruditione (epistola) Lincoln Allf 43. -
 De ludis Scenicis. sect. quony in Seneca Balyl. connumerat; Jyffer, Allf 43. pr. Nagal.
 Historia legis Scenicæ, auct. Grist, Gall. 27.
 Pericula literarum in spectis quadam, Dorf. Gyz 35.
 De Rhaploides (v. alda. Misistropangon). Dorf. Gyz. 34.
 Infimus quibit. loc. emendatus Dorf. (epistol) Gyz 38.
 Animadversy. in Fabri Thef. Dorf. (ep. gratid) Gyz 38.
 " " " " Anonym. Gyz 44.
 De C. Africa ad L. I. 35. de potentia, & labe Max d. VII. G 32. Janssen, Gyz. 34.
 De templo Cappadocia Romano ad G. Mandig. Gysa ad Gering 21.
 De U. R. expedit. mar. germanicis. Jomungor. 1702. prof. Cellarius. Gall.
 Jul. Cas. adf. Aviocty. vall. gessa bella. Ruffon " " " "
 Flor Joffi de Herodibus historia a rotteja suspitione vindicata. Elamit Gall. 1700.
 De imperio Palmyreno. Cellarius filius (Gyz) recuf. Gall. 08. prof. Cellarius.
 De Germanica Casare. Fib. H. Elamit. Gall. 1704. pr. Cellarius.
 De Germanibus (diff. philolog) Radman, Gyz 37.
 - - - - - 07.
- De prima Germanorum Unitia Walbr 1705 prof. Jomungor. Gall.
 De soluta orationis scripturis phell. usi conrudas. Walbr 1706 Gall. prof. Cellarius.
 De portis phola utilitib. Gausa. 05 Gall. prof. Cellar.
 De poetris graeis. Blaus, Gyz. pr. Olearius. 08.
 De genio lingue Teubman Gyz 29.
 De ratione excitandi inventio ad lit. culturam. Brizgal (prof) 1719 Gyz.
 De fortuna pop. romani Naubor pr. Oleario. Gyz. 1713.

- De iugesto contraria medicina curato Lof 1741. Gall.
 Elogarium Corsicum. Bongors. W. H. 44.
 Elogio Antiquit. Corsicor., Gering " 43. prof. Dr. Bongors.
 " " " Fabri " " "
 " " " Alodtz " " "
 Observ. ad Plin. Panegy. Gortz all. 29. prof. Bongors
 " " " Gortz " 32. " "
 De consuetudinibus veterum Franz " 44 " "
 Specimina quadam stili romani Gortz Jura 37. - -
 De Bibliothecis Romanorum. Euria Jurest. 34. " Gortz
 De Hadriani Imp. eruditione (epistola) Jurest. all. 43. -
 De ludis secularibus. rest. Gortz in Gemara. Balgl. commemoratis, Gortz. all. 43. pr. Nagel.
 Historia legis Scabiniae, auct. Gortz, Gall. 27.
 Pericula literarum in spatia quadam, Gortz, Gortz 35.
 De Rhaphodis (v. all. M. H. H. Gortz) Gortz. Gortz. 34.
 Iulianus quibus locis emendatus Gortz (epistol) Gortz 38.
 Animadvers. in Fabri Thef. Gortz (ep. gratid) Gortz 38.
 " " " Anonym. Gortz 44.
 De C. Africa ad L. I. G. de populand. & Salor Max. d. VIII. G. 382. Jurest. Gortz 34.
 De templo Cappadocia Comano ad G. Marit. G. G. Gortz 21.





55

A.

D. D.
INCLYTÆ FACULTATIS PHILOSOPHICÆ
INDULTU

De

FURTI
APUD LACONES
LICENTIA

54

d. XVI. Maji M DCC V.

H. L. Q. C.

publice dissent

M. JOH. SIGISMUND GRIBNER,

&

JOHANN DAVID Eudemig /
Waldheim. Mifn. Alum. Elect.

L I P S I Æ,

LITERIS CHRISTIANI GOEZII.

H. Hoff



V I R O
Magnifico ac Summe-Reverendo
THOMÆ ITTIGIO,
Theologiæ Doctori & Professori
Publico,
Canonico Misnenſi,
Conſiſtorii & Facultatis Theologiæ
Aſſeffori,
ad D. Nicolai Paſtori,
&
Dioceſeos Lipſienſis Superintendenti,

Domino Patrono ac Suſceptori
ſuo

omni pietate atatem devenerando,
hanc Diſſertationem Academicam
conſecrat

PRÆSES.



PRÆFAMEN.

Licet quæ apud omnes gentes peræque observantur naturalia jura, divina quadam providentia constituta, semper firma atque immutabilia mancant, (a) ac saltem humano non subjaceant arbitrio; (b) ita ut nulli lex detrahere, nulla consuetudo derogare valeat: (c) ex legum tamen civilium determinatione, & legitima majestatis circa jura subditorum potestate, non raro solet contingere, ut exuant paulisper mutatis circumstantiis ac deponant quasi naturam humanæ actiones, quam ante habebant, & licitæ evadant, quæ videbantur illicitæ, injustis vi accedentis legis annumerentur aliæ, quæ sua natura, seposita Juris Civilis determinatione, indifferentes plane ac permixtæ censebantur. (d) Eleganter hoc expressit Jureconsultus, (e) qui jus civile tunc effici ac constitui monuit, quando naturali legi nunc accedat aliquid, nunc detrahatur. Hæc generalium Juris Naturæ præceptorum applicatio si pro diversitate utilitatis publicæ non ubique eadem ratione instituitur, evenit haud raro, ut, quæ plerisque in locis libere permittuntur, alibi accenseantur iniquis, & ut non male Nepos in præfatione loquitur; Non eadem omnibus honesta atque turpia esse videantur. Sic ubi certis pactis ac juramentis quoque civium imperantes certis in casibus obligandi vim prævia sanctione detraxerunt, possunt ea sine vitio negligi, (f) quæ deficiente legis prohibitione non sine summo scelere contemnerentur. Qui rem ab alio acceptam, si solam rationem spectes, sine dubio restituere tenebatur commodatarius, eam sine crimine vel retinebit, vel alii quam domino exhibebit, quoties superiorum jussus eam licentiam præcedente lege permisit. Imo qui alibi homicidii, raptus aliusve delicti poenam non immerito suffi-

neret, ex eodem facto ne conveniri quidem potest, ubi lex, morale quod obstabat impedimentum, ac rationem naturalis æquitatis, quæ actum reddere videbatur illicitum, removerit. Hinc, quoties vi competentis sibi potestatis Majestas aut ea jubet esse communia, quæ singuli antea possidebant, aut privatorum addidit dominio, quæ omnium olim utilitatibus inserviebant, nonne quod criminis ante habebat naturam, culpa vacabit, injustum contra evadet, quod à nemine, lege nondum lata, reprehendi poterat? Quod cum accuratius paulo perpenderem, incidit in mentem lex Laconum notissima, qua furandi licentia juventuti Spartanorum tributa est. Eam quod nonnulli ut non iniquam defendi posse crediderint, plerique ad irrationabiles rejecerint, non male me operam collocaturum duxi, si quid Lycurgo hic salvo jure naturali licuerit, & quid sua lege præstiterit, ex moralis Philosophiæ genuinis principiis diligenter excuterem. Nec visa fuit re deliberata adeo, ut vulgo quidem videtur, incongrua eorum opinio, qui hanc Laconum consuetudinem non plane injustam existimant, sed juris civilis determinatione id effectum sibi persuadent, ut pro furtis inter eos haberi amplius, criminibusque adeo accenseri haud potuerit factum, ad quod juvenes virtutis gratia excitabantur. Tuum erit L. B. legem illorum, uti putamus innoxiam, à cavillationibus & iniquis censuris liberandi conatum non improbare. Non de eo nunc agitur, utrum condi tale jus expediat, & utrum melius consultum fuerit Spartanorum rebus, si hanc nunquam juvenibus licentiam dedisset legumlator; de eo saltem disquiritur, utrum, quæ semel lata fuit, plane damnanda sit, & in opprobrium Reipublicæ dudum extinctæ alleganda. Sed totam rem perorata causâ rectius dijudicabis, non denegaturus veniam, sicubi quid humani nobis contigerit. Nostrum erit, priusquam in legis ipsius sensum ac justitiam inquiramus, rubri, quæ superesse videntur, difficultates tollere, ut inoffenso deinde pede tibi sententiam nostram cognoscere liceat.

a) *Huber. Digr. Just. P. I. L. I. c. 4. §. 5. seq. Meß. Nucl. J. N. & G. Insp. 2. §. 37. Becman. Medit. Pol. c. II. §. 12.*

b) de immutabilitate enim J. N. respectu Dei vid. *Hub. I. c. §. 6. 7. Alberti Comp. J. N. P. I. c. 1. §. 88. c. 3. §. 21.*

c) *Lactant. Div. Inst. L. VI. c. 8. Puf. L. VIII. c. 1. §. 2. Thom. Jurispr. div. L. I. c. 2. §. 98.*

d) *Gros. de J. B. & P. L. I. c. 1. §. 10. n. 6. Becman. Medit. Pol. c. II. §. 10.*

e) L.

e) L. VI. ff. d. J. & J. Huber. Eunom. Rom. ad h. l. p. 14. seq.

f) Grof. d. J. B. & P. L. II. c. 13. §. 20. Pufend. de J. N. & G. L. IV. c. 2. §. 24.

§. 1.

Non expectabis autem prolixam tituli non adeo obscuri explanationem, paucis desiderio tuo & instituto meo satisfiet. De furto hæc conscripta est dissertatio, circa cujus etymologiam steriles & otiosas controversias Criticis discutiendas relinquimus. Furta à furibus dicta sunt, fures ex græco nomine dici videntur. Nam iis *Φῦρ* appellatur, qui res alienas aufert. *Gellius* mihi hujus etymi autor est, aut si hujus major apud Te autoritas est *Justinianus*. (a) *Φῦρ* autem *Σῆν* & *Φῆγεσν* esse nominatos & etymologicum persuadet, & *Paulus Jctus* (b) recte monet. Furta igitur ex græco *Φῆγεσν*, aut quod perinde est à ferendo dicta sunt. Qui vel à fraude, vel à furvo vocabuli hujus origines repetunt, ingeniosa sedulitate allusiones quidem congerunt, sed vix probabilem opinionis suæ reddunt rationem. Est vero furtum fraudulenta ablatio rei alienæ mobilis lucri causa invito domino facta. Ita Jcti definiunt, sed mihi integrum erit paulo latior notionem furto tribuere, eaque omnem ablationem rei alienæ complecti, non sine ratione nec sine exemplo. Furta enim Jureconsultorum delicta constituunt; Laconum furta turpia an honesta fuerint, infra apparebit. Adeoque tantisper hæc vox actionem nec præceptam, nec prohibitam denotabit. Sicuti ii quoque, qui necessitate cogente rebus alienis tanquam nostris uti nos permittunt, istam ablationem necessariam, quam licitam esse credunt, furti appellatione expriment. Si tibi tamen ista significatio displicet, ablationem rei alienæ, aut quamlibet aliam vocem substitue. De terminis litem nec aliis movere, nec mihi moveri cupio.

a) §. 2. J. d. oblig. quæ ex delict.

b) L. I. ff. d. furt. vid. *Menag.* Amœn. J. Civ. c. XXXIX. v. furt. p. 287.

§. 2. Facilius hanc veniam mihi largieris, si non de furibus Romani aut Germanici Juris, sed de Laconum furtis me agere cogites. Peloponnesi intelligo incolas, qui Leleges antiquitus vocabantur, à Lacedæmone autem Jovis & Taygetæ filio Lacedæmonii appellati sunt, & urbs, quam incolebant, Spartæ nomine ab uxore Sparta insignita. Ita rem refert celeberrimus sæculi secundi scriptor *Pausanias Casariensis*. (a) Is populus cum varia fortuna conflictatus incerto jure usus

est, donec Lycurgus regia ortus profapia & formam Reipublicæ immutare, & certis legibus privatorum actiones determinaret. Cui fini cum Cretenfium, Ionum aliorumque populorum leges consuluit, tum in Ægypto etiam fuit, & ejus quoque gentis instituta percepit. (b) Lacedæmonios & Lacedæmonios, Spartanos quoque appellari inter omnes constat. Nec placita aut mores eorum hic recensendi locus est, cum non de singulis earum institutis, sed de furti tantum licentia agere constitutum sit.

a) In Lacon. sive L. III. descript. Græc. c. I. quem cum Spartanorum duce Pausania, sex seculis illo priore, per *avoglav* haud excusabilem prolixè confundit Historiarum in equestri Lüneburgenfi Academia Professor J. P. Pfessinger. ad Vitriarii Jus Publ. procem. §. 1. verbo Pausania.

b) Nic. Cragius de Republ. Lac. L. III. c. 1. Meursius Solone c. 12. id. Them. Attic. L. II. c. 18.

§. 3. Licentiæ vox latissime patet, variisque subjacet æquivocationibus. Licitum est, quod prohiberi non potest, & quod impediendi nemo habet potentiam. Ita apud *Senecam* accipi puto; (a) si pugnare non vultis, fugere licet, ideoque nihil facilius vobis feci, quam mori. Quo sensu & illud Ulpiani; (b) servis naturaliter in corpus suum favere licet, intelligi volunt. (c) Sed & ea licere dicuntur, quæ juri non repugnant, sive præcepta sint, sive saltim permilla. (d) Ast stricta magis significatione actus indifferentes appellantur liciti, qui neque prohibiti sunt, nec imperati. (e) Hoc ergo sensu alia Jure naturali, alia jure divino, alia humano jure licita vel illicita esse dicuntur. Sæpe enim Legislator actiones civium tolerat, licet moraliter sint illicitæ. Unde non omne, quod licet, honestum esse dicitur. Naturalis quoque ratio actuum non paucorum licentiam indulget, qui positiva lege Dei prohibitis accensentur. Exempla Polygamie, divortii ac nuptiarum inter fratres sororesque meam sententiam corroborant. Nam naturali jure non prohibentur, actibus tamen licitis accenseri lex divina haud permittit. Sed quid singulis notionibus hujus vocabuli immoror? Otium mihi fecit Dissertatio Dn. D. *Johan. Sam. Stryckii* de jure liciti & honesti, quæ cap. 1. varias liciti species erudite recenset, & explicat. Vel tribus verbis monere sufficiet; licentiam in rubro dissertationis permissionem imperantis denotare, adeoque furta apud Lacedæmones licita vocari, quia lege non prohibita, sed permilla ac certa ratione fuerunt approbata.

(a) de

- a) de provid. c. 6.
 b) L. 9. ff. de pecul.
 c) *Guil. Grot. Enchir. J. N. c. VII. §. 4. Schilter. Manud. ad Phil. Mor. c. VI. §. 19. p. 240. Felden ad Grot. L. III. c. 4. §. 2.*
 d) *Matth. XII. v. 10. 12. Thomaf. Jurispr. Div. L. I. c. 1. §. 148. Bäckler ad Grot. L. I. p. 147.*
 e) *Keffner Jur. Nat. c. 1. §. 5. Thom. L. II. c. 10. §. 7. seq.*

§. 4. Habes L. B. instituti mei rationem, quod ita propositum est exequi, ut legis furandi licentiam permittentis & sensum & justitiam paucis expendam. Apparebit ex his, quem finem sibi Legislator Spartanus proposuerit, qua sollicitudine licentiam circumscriperit, qua ratione furta inter Lacones aut tolerabilia aut laudabilia quoque effecerit. Excutientur rigida plerorumque censuræ, ad leges damnatas, ac naturali & divino juri contrarias, placita hæc referentium. Quorum argumenta ponderare, ac æquitatem licentiæ Lacedæmoniorum, quantum fieri poterit, tueri constitutum est. Ne vero conjecturis nostris videatur sententia, integræ Tibi subjiciemus veterum testimonia, ut non nostra magis, quam Græcorum & Latinorum scriptorum fide juris hujus causas Tibi mecum liceat perferutari.

§. 5. Qui ergo primi, quantum nobis quidem constat, legis hujus mentionem fecerunt, *Xenophon* & *Isocrates* fuerunt. Nam eodem fere tempore, dispari tamen ratione hanc rem sunt persecuti. Alter rhetorum more incesit, alter historici functus fuit officio. Rem ille, prout gesta erat, referre contentus; hic, ut instituto suo serviret, Laconum instituta graviter accusavit. Sed utrumque audiamus. *Isocrates* Panathen. ita loquitur: Λακεδαιμόνιοι καθ' ἐκάστην ἡμέραν εὐθὺς ἐξ ἐνῆς προστέμπουσι τὰς παιδας, μεθ' ὧν ἀνεκασοὶ βεληθῶσι, λόγῳ μὲν ὅτι θῆραν, ἔργῳ δ' ὅτι κλοπίαν τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς κατοικούντων ἐν ἧ συμβαίνει τὰς μὲν ληφθέντας ἀργύριον δροπίνην, καὶ πληγὰς λαμβάνειν. τὰς δὲ πλείους κακῶς ἐρησαντας, καὶ λαβεῖν δύνηθῆντας, ἔντε τοῖς πασι εὐδοκιμεῖν μᾶλλον τῶν ἄλλων, ἐπειδὴν δ' εἰς ἀνδρας συντελῶσιν, ἢ ἐμμενωσι τοῖς ἡθεσι, οἷς παῖδες ὄντες ἐμελέτησαν, ἐγγύς εἶναι τῶν ἀρχῶν τῶν μεγίστων. Hoc est ex interpretatione *Wolfii*: Lacedæmonii quotidie pueros mox à lecto, cum quibus singulis lubitum est, ablegant, verbo ad venationem, re ad eos per furtum spoliandos, qui ruri habitant; In quo accidit, ut deprehenfi, & nummos solvant, & plagas accipiant; Qui vero scelera plu-

rima

rima admiserunt, eaque celare potuerunt, hi tum inter pueros alius
præferuntur, tum viri facti, si in illis studiis permanferint, aditum sibi
ad summos honores patefecerunt. *Xenophon* in *Republ. Lacedæ-*
rem his verbis describit: ὅς δὲ μὴ ὑπὸ λιμῷ ἀγὰν αὐ πιάζοντο, ἀ-
πραγμῶν μὲν αὐτοῖς ἐν ἑδρακὲν λαμβάνειν, ὧν ἀν δέονται, κλέπτειν
δὲ ἐφίκει, ἐστὶν ἂ τὰ λιμῷ ὀπιπυρρῆντας. Καὶ ὡς μὲν ἐκ δόξαρον, ὅτι
δοίη ἐφίκειν αὐτοῖς γε μηχανᾶσθαι τὴν τροφὴν, εἰδὲνα ὁμοῖα τῶτα
ἀγνοεῖν. Δῆλον δὲ, ὅτι τὸν μέλλοντα κλοπέυειν, καὶ νυκτὸς ἀγρυ-
πιεῖν δεῖ, καὶ μετ' ἡμέραν ἀπατᾶν καὶ ἐνεδρέυειν, καὶ κατασκόπως
δὲ ἐτοιμάζειν τὸν μέλλοντα τι λήψασθαι. Τῶτα ἐν δὴ, πάντα δηλο-
ιῶτι μηχανικώτερος τῶν ὀπιτηθῶν βελόρμῳ τὰς παῖδας ποιεῖν,
καὶ πολεμικώτερος ἕτως ἐπαιδεύσειν. Εἰποὶ δ' αὖ ἐν τίς: τί ὄητα,
εἴπερ τὸ κλέπτειν ἀγαθὸν ἐνόμιζε, πολλὰς πληγὰς ἐπέβαλε τῷ
ἀλίσκομένῳ; ὅτι φησὶ ἐγὼ καὶ ἀλλὰ ὅσα ἀνδραποιοὶ διδάσκουσι, κολά-
ζουσι τὸν μὴ καλῶς ὑπηρετῆντα. Κακῆνοι ἐν τὰς ἀλίσκορμους,
ὡς κακῶς κλέπτοντας τιμωροῦνται. Καὶ ὡς πλείους δὴ ἀεπάσαι τυ-
ρεὺς παρ' Ὀρθίας καλὸν θεῖς μασιγῶν τέτυξ ἀλλοῖς ἐπέταξε. Id est:
Ut à fame non nimium premerentur, non concessit ille quidem, ut sine
negotio consequerentur, quibus ipsis opus esset, sed permisit, ut ea
subtraherent, quibus levari fames posset. Non tamen eum idcirco
concessisse, ut artificiosa industria victum sibi compararent, quia non
haberet, quod aliud illis daret, neminem ignorare arbitror. Nimi-
rum patet, eum, qui furto ablaturus sit aliquid, necesse habere, ut no-
ctū vigilet, interdū fallat, insidias locet, atque etiā exploratores
paret, si quidem aliquid accipere velit. Quamobrem pueros ad hæc
omnia condoceracibat, quod eos ad paranda necessaria solertiores,
adeoque bellicosiores facere vellet. Fortasse quis dixerit: Cur igitur,
si furari quidem bonum quid esse arbitrabatur, multis eum verberibus
castigabat, qui deprehendebatur? Nimirum ideo, mea quidam sen-
tentia, quod aliis etiam in rebus, quas homines docent, non recte ex-
equentem plectunt. Quamobrem illi quoque in deprehensos, ut parum
peritos fures animadvertunt, cumque ingeniosum statuisset ille, si qui
plurimum tritici raperent, eos tamen ab aliis ad aram Orthiæ flagris
cædi iussit. Idem in *Exped. Cyr. L. IV.* ait: Ἀτὰρ τί ἐγὼ περὶ τῆς
κλοπῆς συμβάλλομαι; ὑμᾶς γὰρ ἐγώ γε, ὃ χειρίσοφός, αὐτὸς τὰς
λακεδαίμονίας, ὅσοι ἐστὶ τῶν ὁμοίων, εὐθὺς ἐκ παιδῶν κλέπτειν με-
λε-

λέτάν, καὶ ἐκ αἰσχρῶν εἶναι, ἀλλὰ ἀναγκάων κλέπειν, ὅσα μὴ κω-
 λείν νόμος. Ὅπως δὲ ὡς κρητίσα κλέπειτε καὶ πειρώθε λαοθά-
 νειν, νόμιμον ἄρα ὑμῶν ἐστίν. ἐάν λυφθῆτε κλέπτοντες μασιγυδάμ.
 Νῦν ἔν μάλα σοὶ καιρὸς ἐστίν, ἐπιδείξασθαι τὴν παιδείαν, καὶ Φυλάτ-
 τεσθαι μὲν τοι, μὴ λυφθῆσθαι κλέπτοντες τὴν ἄρεσ, ὡς μὴ πολλὰς πλη-
 γὰς λαβῶμεν. Verum quid ego de furto in medium affero? Num
 vos Lacedæmonios, quotquot vestrum pares estis, Cherisophe, statim
 à pueris furta meditari audeo; nec esse turpe furto quid adimere, imo
 potius necessarium, modo ne quid lex auferre veret. Atque ut quam
 solertissime furta committatis, operamque detis, quo clam perpetretis
 ea, legibus apud vos sancitum est, ut in furto deprehensi flagris ca-
 dantur. Quamobrem opportunissimum modo fuerit, ut institutionis
 specimen edas, sic tamen, quo caveamus, ne deprehendamur, dum
 partem aliquam montis furtim invadere invadere voluerimus, nam gra-
 viter alioquin vapularemus.

§. 6. Meminit hujus quoque rei Hetaclides Ponticus in Politia
 Lacedæmoniorum, sed Plutarchi tria imprimis egregia extant testimo-
 nia, quæ singula in medium proferri merentur, quia maximopere ad
 præsens negotium spectare videntur. Primus locus in Apotheg. Lac.
 continetur. Παιδάρον, ἐπεὶ παρῆν ὁ καιρὸς ἐν ᾧ κλέπειν νενομίσο
 τὴς ἐλευθέρας παιδας, ὅ, τι τις δύνατο, καὶ μὴ λαθεῖν αἰσχρῶν ἦν,
 ὡς οἱ σὺν αὐτῷ παῖδες τῶν ἐκλεψάν ἀλωπέκιον, καὶ ἔδωσαν αὐτῷ
 Φυλάτῃν, παραγυρομένην τῶν δολωλεκίτων ἐπὶ ζήτησιν, ἐτυχεν
 μὲν ὑπολαβῶν τὸ ἀλωπέκιον ὑπὸ τὸ αὐτῷ ἱμάτιον. ἀγχαίνοντο
 δὲ τὴ θηρία, καὶ τὴν πλῆρσιν αὐτῶ κατεδίοντο, μέχρι τῶν
 σπλάγχνων, ἤεμει, ἵνα μὴ γῆται καταφανής. Ὡς δὲ ὑπερὸν ἐκεί-
 νων ἀπελθούτων ἐθεάσατο τὸ γεγονός οἱ παῖδες, καὶ ἐμέμφοιο λέ-
 γουσις, ἀμεινόν εἶναι Φανερὸν ποιῆσαι τὸ ἀλωπέκιον, ἢ μέχρι θαλά-
 τας κρύπειν. Οὐ μὲν νῦν (εἶπεν) ἀλλὰ κρεῖττον ταῖς ἀληθοσι τε-
 λοβῶν, ἢ περίΦωρον γυρόμερον, διὰ μαλακίαν τὸ ζῆν αἰσχρῶς περ-
 ποιῆσασθαι. Puffio quidam, cum appetiisset tempus, quo lege jube-
 bantur ingenui pueri furari quicquid possent, turpe autem habebatur
 deprehendi; sociis vulpeculam furatis, ipsique ut asservaret tradenti-
 bus, ubi quaesitum venerunt, qui perdiderant, subter tunicâ abdiderat
 bestiam, quæ cum efferata latus ejus usque ad viscera corroderet, ta-
 men se continuit, ne furtivam rem proderet. Illis deinde ingressis

B

cum

cum aequales viderent quid esset perpessus, reprehenderentque factum, praestare dicentes vulpeculam detegere, quam usque ad mortem occultare: nequaquam, inquit, nam moriendum potius fuit in doloribus, quam furti compertum ob mollitiem turpiter vita potiri. Idem in Lac. Inst. κλέπτει δὲ οἱ νέοι καὶ τῶν σιῶν, ὅ, τι ἀνδύωνται, μανδάνοντες, ἐμφῶς ὀπίθεσθαι τοῖς καθ' ὄδους, ἢ ἐρυθμῶς φυλάσσει. τῷ ἀλότῳ ζημία πληγαὶ καὶ τὸ πεινῆν. γλιχρὸν γὰρ αὐτοῖς ἐστὶ δειπνόν, ὅπως δι' αὐτῶν ἀμυνομένοι τὴν εἰδειὰ ἀναγκάζονται τολμῶν καὶ πανουργεῖν. Furabantur adolescentes etiam cibi quicquid poterant, discentes callide insidiari dormientibus, aut negligenter sua asseruantibus. Deprehensis poena erat plaga & fames. Coena enim tenuis dabatur, ut suapte opera inopiam profligare coacti, auderent & astuti fierent. Idem in Lycurgo ait; Εἰσεὺς δὲ καλῶσι τὸς ἐτῶν ἤδη δώτερον ἐκ παιδῶν γεγονότας. Μελλεισεὺς δὲ τῶν παιδῶν προσευτάες. Οὐτῶν ἐν εἰρην ἐκοσι ἔτη γεγονώς, ἀρχεῖ τε τῶν ὑποτέταγμένων ἐν ταῖς μάχαις, καὶ αἰὼν ὑπερέτας χεῖρας πρὸς τὸ δειπνόν. Ἐπίστασι δὲ τοῖς μὲν ἀδελφοῖς ζύλα φέρειν, τοῖς δὲ μικροτέροις λαχάνα. καὶ φέρει κλέπτουσι, οἱ μὲν ἐπεὶ τὴν κήρυξ βαδίζουσι, οἱ δὲ εἰς τὰ τῶν ἀνδρῶν σπουδία παρεισρέουσι, ἐν μάχαις πανουργῶς καὶ πεφυλαγμένως. Ἄν δὲ ἀλῶ, ποδῶς λαμβάνει πληγὰς τῆ ματῆρι, ἐρυθμῶς δοκῶν κλέπτειν καὶ ἀτέχνως. κλέπτει δὲ καὶ τῶν σιῶν, ὅ, τι ἀνδύωνται, μανδάνοντες, ἐμφῶς ὀπίθεσθαι τοῖς καθ' ὄδους, ἢ ἐρυθμῶς φυλάσσει. τῷ δὲ ἀλότῳ ζημία πληγαὶ καὶ πεινῆν. γλιχρὸν γὰρ αὐτοῖς ἐστὶ δειπνόν, ὅπως δι' αὐτῶν ἀμυνομένοι τὴν εἰδειὰ ἀναγκάζονται τολμῶν καὶ πανουργεῖν. Irenas vocant illos, qui duobus annis ex pueris excefferant: Mellirenas in pueris maximos. Hic Iren cum annis viginti fuerit maior ducit cohortem suam, eamque habet in praeliis & domi ad coenam in ministerio. Imperat grandioribus ut ligna ferant, olera minoribus. Afferunt furto partim in virorum convivia astute & callide irrepentes. Deprehensus multa verbera flagello accipit, quod solutus in furando & iners videatur. Furantur etiam quaecunque valeant cibaria, insidiari cum solertia dormientibus meditates aut solutiorem custodiam agentibus, comperto verbera & fames pro piaculo sunt. Mensam habent angustam, quo propulsantes industria sua famem ad audendum concinentur, & ad dolos concinnandum.



§. 7. Hisce subjiemus *A. Gellium*, qui No&. Attic. L. XI. c. 18. ita loquitur; Apud Lacedæmonios quoque sobrios illos & acres viros, cujus rei non adeo ut Ægyptiis longinqua fides est, non pauci neque ignobiles scriptores, qui de moribus legibusque eorum memorias condiderunt, jus atque usum fuisse furandi dicunt, idque à juventute eorum non ob turpia lucra, neque ad satietatē libidini præbendam comparandamve opulentiam, sed pro exercitio disciplinaque bellica factitatum; quod & furandi solertia & assuetudo acueret firmaretque animos adolefcentium, & ad insidiarum astus, & ad vigilandi tolerantiam & obrepenti celeritatem. *Alexander* autem ab *Alexandro* Gen. Diar. L. VI. c. 10. Lycurgus, inquit, Spartanis furta impunita esse voluit, quo magis acuerentur ingenia, animoque essent solerti & vegeto, exemplo Germanorum & Ægyptiorum, qui furta legibus inulta reliquerunt. Cælius Rhodiginus Var. Lect. L. XVIII. c. 1. qua hæc de re narrat ex Xenophonte se hausisse aperte proficitur.

§. 8. Sufficienti hi nobis impresentiarum testes, quorum fide satis nobis de hujus rei veritate constare potest, nisi quod recentiores plerique sua maximam partem ex veterum scriptis hauserint, *Isocrates* vero studio partium a veritate nonnunquam recesserit. In eo conveniunt, Læconum potissimum non aequè græcorum reliquorum hanc fuisse consuetudinem, quod & reliqui farentur, & *Isocrates* ipsis prope modum exprobat. Fuerunt enim quondam licita quidem inter græcos latrocinia verum non à civibus inter cives sed à gente in gentem exercenda. Elegans hanc in rem apud Thucydem occurrit locus quem integrum hic adjiciemus: Ὅτι Ἕλληες τοπάλαι, καὶ τῶν βαρβάρων, οἱ τε ἐν τῇ ἠπειρῷ παραβαλάσοι, ἐπειδὴ ἤρξαντο μάλλον περὶ αὐτῶν ναυῶν ἐπὶ ἀλλήλους, ἐτάραξαντο πρὸς ληστείαν, ἠγέρθησαν ἀνδρῶν, ἔ τῶν ἀδυνατωτάτων, κέρδους ἔ σφετέρου ἑνεκα, καὶ τοῖς ἀδθενέσι τρεφῆς. καὶ προσπίπτοντες πλείσιν ἀτειχίσοις, καὶ κτῆ καίμους οἰκημύροις, ἠεπαζόν, καὶ τὸν πλείστον ἔ βίη ἐντεύθεν ἐποιούσιν, ἔκ ἔχωντος πω ἀρξύνη τῶν ἔ έργα, φέροντ. δὲ τι καὶ δόξης μάλλον. Δηλοῦσι δὲ τῶν τε ἠπειρωτῶν τινες ἐτι καὶ νῦν, οἱς κόσμη καλῶς τῆτο δεῖν, καὶ οἱ παλαιὸι τῶν ποιητῶν τὰς πύσεις τῶν καταπλέοντων πανταχῶς ὁμοίως ἐρωτῶντες εἰ λησά εἰσιν. Ὅς ἔτε ἂν πυνθάνονται ἀπαζίντων τὸ ἔργον, οἱς τὸ σπυμελές εἶη εἶδέναι, ἔκ νεοδιζόντων. Quæ verba *Valla* ita interpretatur. Et græci olim & Bar-

barorum quicumque incontinenti maritimi erant, quique insulas incolabant, ubi cœperunt crebrius alii ad alios navibus transire, ad latrocinium conversi sunt ducibus non tenuissimis, tum sui quæstus, tum pauperum victus gratia. Atque adorti civitates muro vacantes, vicatimque habitantes diripiebant, ac maximam victus partem hinc comparabant, nullo ob id pudore, nonnihil potius sibi gloriosum. Quod declarant cum quidam etiam nunc in continente, quibus decori est, hoc egregie exercere, tum vetustissimi Poëta, apud quos illo ultro citroque navigantes interrogantur, nunquid latrones sint? tanquam non inficiaturos opus ut turpe, quod scire studerent. (a) Hæc peculiaria Lacedæmonis & propria quasi erant jura, quæ civium tantum bona ingenii acutiendi causa juventuti relinquebant. Similis tamen licentiæ vestigia apud Ægyptios quoque extiterunt, quæ accurate explicat, ac ad philosophiæ Moralis normam exigit Vir Excell. *Dr. Q. S. F. Rivinus* in dissert. de Furto apud Ægyptios, add. *Diod. Siculus* Bibl. L. I. c. 3. *Alex. ab Alex.* l. c. ac hic quidem Germanis quoque furta permittit tradit, nisi forte latrocinia gentium in gentes cum licentia furandi inter cives eum confudisse existimes. Nam alias *Tacitus* de moribus Germanorum autor nobis est, nullum magis crimen quam furtum germanis fuisse exosum. Ἀλλὰ τὰτα μὲν δὴ τὰτα: nos ad Lacones nostros revertimur.

(a) confer. *Obsev. Hal.* Tom. VII. obs. 6. 7.

§. 9. Neque vero furandi licentiam omnibus civibus permittunt, sed juventutem saltem per rapinas ad prælia invitant. Unde *Gellius* adolescentum mentionem facit, quos *Isocrates* & *Xenophon* παιδάς appellat. Equidem vox παιῶν apud Græcos interdum virilem ætatem complectitur, verum hoc loco eandem juvenes denotare, tum ipsa res tum alia græcorum loca liquido evincunt. Ita ipsè *Xenophon* Exped. Cyr. L. IV. Lacedæmonios ἐν παιδῶν hoc est à prima juvente κλέπειν μελέσαν discrete pronunciat. *Plutarchus* vero παιδαρία & νεῖα voces adhibet. Lucem his omnibus claram satis accendit ejusdem auctoris locus in *Lycurgo*, à nobis supra ptolixius enarratus, in quo dilucide satis ostendit, ad quosnam furandi apud Lacedæmonios licentia sit extendenda. Irenum atque Mellirenum mentionem facit, simulque demonstrat Irenas fuisse dictos, τὸς ἐτὸν ἡὸν δὲ τεργὲν ἐν παιδῶν γεγονότας, qui altero jam anno pueritiam

tiam erant egressi; hoc est, si *Emmio* descript. Reip. Lac. p. 237. fidem velimus habere, qui annum ætatis vigesimum jam attingebant, Mellirenas vero quasi οἱ μῆλλοντες εἰσέτες dicti sunt, qui huic ætati erant proximi, quos *Plutarchus τῶν παιδῶν πρῶτους* vocat. confer supra §. 7.

§. 10. Ex his igitur apparet juvenibus hanc potissimum licentiam fuisse concessam, ut impune quicquid possent, sed tamen callide furarentur. Sunt equidem qui non omnibus in universum juvenibus, sed illis tantum qui operam suam in bello adversus hostes aliquando præstare cupiebant, hanc datam esse facultatem existiment, sed horum sententia, utpote græcis autoribus hac de re tacentibus, firmo fundamento destituitur. De eo quidem nullum est dubium, quod Lacedæmoniorum Legislator, furandi licentiam juvenibus concedens, inter alia belli maxima rationem habuerit, veruntamen ex eo nondum fluit, juvenibus belli cupiditate flagrantibus tantum, exclusis reliquis, hanc de furto licito legem fuisse scriptam; præcipue cum excitandi essent omnium animi ad arma pro salute Reipublicæ, quoties id postulare necessitas, alacrius capessenda. Sed quid de puellis Laconum erit dicendum, num eas quoque furandi jus habuisse credibile est? Equidem fortissimas, si quæ ex ulla fuere gente, Lacænas fuisse constat, & exercitia palestræ virginibus communia cum juvenibus fuisse, *Cicéronis*, *Properitii* & *Plutarchi* autoritate ostendit *Emmius* p. 245. seq. non tamen exinde colligere licet, furandi quoque licentiam ad eas pertinuisse, cum nec bellis eas adhibitas, nec Irenum conventibus interfuisse probabile sit.

§. 11. Ista tamen furandi licentia non ad quascunque res extendebatur, sed quæ ad victum pertinebant, tantum auferre poterant, qui tam tenuis ipsis dabatur, ut cogerentur eo inopiam rebus furto ablatis profligare. Erat quædam quasi necessitas furandi ipsis injuncta, victumque ex aliorum abundantia subtrahendi, quod ex variis *Xenophonis* & *Plutarchi* locis aperte satis constat. Non tamen ad cibaria ac potum restringere hanc Laconum legem licebit, nam præter cibaria ligna quoque furto auferebant juvenes grandiores ac robustiores, imprimis quibus ab Irene hoc est cohortis duce hoc injungebatur. Cæterum si aliud quippiam præter hæc abstulerint, id restituere tene-

bantur. Unde *Isoocrates* deprehensos argentum solvere debuisse dicit. Imo etiam qui nimium tritici rapuerant ad aram *Orthiæ* flagris cadebantur. Sed nec aliorum, quam Civium i. e. *Lacedæmoniorum* res sibi hac ratione acquirere permillum arbitror. Nam in extraneos jus sibi suisque tribuere, nec poterant, nec voluisse videntur *Lacones*.

§. 12. Ita vero demum furari illis licebat, ut occulta eorum essent furta, non palam adhibita violentia res alienas invadendi, sed clam quæ ad famem sedandam inveniebant furripiendi facultate ipsis concessa. Poena etiam statuta in eos erat, qui se deprehendi patiebantur, castigabantur & verberibus afficiebantur, quam contumeliam ne experiretur, pugno quidam, potius mortem oppetere quam furti compertus turpiter vivere volebat. Nonnunquam nummos solvere vel famem perpeti cogebantur, ut hoc ipso in eos tanquam inertes & parum peritos fures animadverteretur, & quasi minus recte negotia sua exequentes plecterentur. Ejusmodi vero poenarum genera non ideo constituta erant, ac si furta ipsa improbarentur, sed ut imposteriorum cautius mercari juvenes, ac callide & clam res gerere addicerent. Hæc enim Legis hujus ratio, hæc legislatoris fuerat intentio, ut ad bella juventus *Laconum* excitaretur. Nam ut *Gellio* teste constat, neque ad turpia lucra, neque ad libidinem opulentiamve primus hujus juris autor licentiam hanc indulgebat, sed ad dolorum bellicorum experientiam & laborum tolerantiam, sive rei bellicæ exercitium & disciplinam. *Xenophon* quoque hanc rationem reddit, qui ut civium ingenia acuerentur animique excitarentur, legem hanc constitutam esse tradit. Adeoque pueros volebat discere, quæ viris essent ex usu, ne cum adversus hostes duceretur miles *Spartanus*, rudis militiæ impatiens, aut artis bellicæ imperitus esset, sed assuetus jam laboribus ac diuturno exercitio callidus *Reipublicæ* hostes profligaret.

§. 13. Non itaque licita solum, sed laudabilia insuper hæc furta reddiderunt. Quo pertinet illa *Xenophonis* varia lectio, qua furari non turpe, ἀλλὰ καλόν sed pulchrum esse dicitur. Consentit *Isoocrates* *Panathen.* qui vero, inquit, scelera plurima admisserunt, eoque celare potuerunt, hi tum inter pueros aliis præferuntur, tum viri facti aditum sibi ad honores patefecerunt. Et postea 3. Istorum fa-

facinorum principes inter pueros excellere & maxime honorandos esse putant. Ideoque lex nudam permissionem non continuit, sed furandi insuper consilium dedit. Legis autem consilia ad parendum quidem præcise non obligant, efficiunt tamen, ut qui sponte ea exequitur, laude dignus censeatur. Furta igitur non præcipiebantur quidem, sed nec prohibebantur, verum licita reddebantur omni jure, ac etiam laudabilia, quibus salutis publicæ consuli existimabant. Hactenus legis Laconum de furto sententiam sumus persecuti.

§. 14. Quod aliis Legumlatoribus solet accidere, id Lycurgo quoque evenisse non miramur, ut placita ejus alii invidendis extollerent laudibus, alii ea ut iniqua an inepta rejicerent. (a) Nobis de singulis ejus Legibus judicium non sumimus, sed quod furandi attinet licentiam, eam tentabimus ab acerbis aliorum censuris, qua fieri poterit brevitate, vindicare. Integrum igitur nobis erit tueri legis justitiam, quam alii magno numero damnarunt, & si illis licuit jura condita atro notare calculo, nobis candidum adjicere non debet non licere. Existimo enim favore dignam esse eorum operam, qui leges rite conditas non vellicare, sed excusare, non improbare, sed defendere conantur: cum multa prima facie dura ac aspera appareant, quæ, si omnes expendas circumstantias, nihil injusti continent. Nolim tamen existimes eam mihi placuisse sententiam, quæ omnia jura civilia justa ac æqua esse defendit, legesque iniquas dari omnino negat. *Hobbesi* hæc hæc horrenda vox est, qui *de Civ. c. 14. §. 10.* non erubuit asserere, quas-cunque etiam principum constitutiones, si semel promulgatæ sint, justitiæ non posse repugnare, cum imperantis supra rationem voluntas sit. Quæ profecto tam impia est sententia, ut Tyrannis ad quasvis scelera grassandi aperiat aditum, ac nefanda quæque facinora, non licita modo, sed & si diis placet, justa efficiat. Nos media via tutissimam incedemus, injustas dari leges ac condi posse, sed in dubio eas æquas ac justas habendas, quoties concessæ sibi potestatis terminos non exceditur Imperans, nec in divina jura impia legumlatione est injurius.

(a) *Dn. Thom. Mor. cum Jur. Ser. Cont. s. 37.*

§. 15. Agedum igitur videamus an legislatoris autoritate licentia res aliorum civium occupandi possit permitti? Furtum esse dicunt abla-

ablationem rei aliena. Res alienas, quæ in alterius dominio sunt, & ad nos nullo modo pertinent. Ast natura dominii expers est, cum ab initio non divisa singulorum patrimonia, sed commune omnium jus in omnia extiterit. Poterit ergo Respublica de proprietate & communione rerum sine dubio disponere, integrum ei erit res certas addicere certis possessoribus, alias in medio relinquere, ac aut quibuslibet, aut aliquibus eorum concedere potestatem. Et quidni Principi id licitum esse debeat, cum privatorum conventionem quoque res communis fieri possit propria, res propria communis. Vides ergo Legislatorem de proprietate rerum posse disponere, & penes ipsum esse definire, quid tuum, quid meum, quid reliquorum, quid omnium, quid nullius esse debeat. Sed exemplis si rem clariorem reddi putes, nonne naturaliter, ac Romano quoque ni fallor jure venandi cuiilibet competeat licentia, feræ ergo bestiarum aut nullius aut omnium debebant censeri. Ast hodie puto cessat ista communio, cessat & ferarum occupandi facultas, cum principes ubique fere ad regalia jus venandi referant, & quod omnium erat, tanquam rem nullius sibi vindicent, ut ipsorum deinde reliqui beneficio magis, quam proprio jure hanc potestatem exercent. Qui ergo olim feras sectabatur & occupabat, nemini faciebat injuriam; qui hodie hanc licentiam usurpat, fur ferarum audit, ac legis animadversioni subjicitur. Adeoque sola legislatoris autoritas efficit, ut quod antea licitum erat, injustum esse incipiat, ac rei, quæ antea ad neminem pertinebat, furtum fieri possit. Eodem modo res proprias communes iterum fieri, ac civili jure proprietatem posse amittere, non est quod dubites. Fac enim principem prohibitam paulo ante venationem iterum cuiilibet concedere, fac res delinquentium, quas fiscus sibi poterat vindicare, cuiilibet occupatori relinquere, nonne licitum erit rebus uti, quæ antea sine furto contrectari non poterant? Satis puto potestatem principis circa proprietatem & communionem rerum exposui.

§. 16. Si ad Lacones ergo respicias hanc Legislatoris fuisse voluntatem intelliges, ut quæ ad victum erant necessaria, in ea jus competere adolescentibus addita, conditione, si caute & occulte eas possent occupare. Voluit eos licite agere, nec impunitatem saltem, sed præmia quoque concessit iis, qui hanc occasionem ad futuros Reipublici.

blicæ casus se præparandi haud negligenter. Id ergo egit, ut amplius non rem alienam censerentur rapuisse, sed licito modo eam acquisivisse. Erat igitur jus juvenibus ea occupare i. e. non quidem plane communia censebantur esculenta ac potulenta, tenebantur tamen cives, quantum ad famem ac sitim sedandam pertineret, adolescentibus relinquere, si virtutis ac industriae ederet experimenta. Communis Reipublicæ agebatur causa, communibus ergo sumptibus militiæ juvenus erat præparanda. Quare cum hæc placeret ratio, quæ nemini esset gravis, juvenibus ad virtutem viam monstraret, procul ab injustitia remotum debet hoc institutum censi.

§. 17. Sed & alia suppetit ratio, quæ justitiam legis Laconum vindicare licebit. Furtum constat non nisi invito domino committi; qui ergo Domino consentiente rem auferat, nec delinquere censetur, nec furis nomen meretur. Apud Lacedæmonios autem communis civium consensus tribuerat licentiam juvenibus, restrictam licet ut videmus ac limitatam rebus hisce utendi. Ergo non furtum amplius erat ablatio, quæ consentiente fiebat domino, sed licitum ac egregium facinus. Cives Civibus, liberi parentibus, cognatis ac amicis res subducebant, ut probarent ingenii calliditatem ac industriam, applaudentibus omnibus, iis quoque, quorum res eripiebantur. Quod si quis paulo rigidior iniquis oculis aspiciebat hanc juventutis licentiam, ille fordidam prodebat avaritiam, ac publicis commodis privatam præferebat utilitatem. Merito igitur, illius voluntas negligebatur, cum dissentire non videatur, cui communis civium conventio, Lex publica, ac salus civitatis consentiendi necessitatem injungit.

§. 18. Sufficiant istæ impræsentiarum rationes, quæ justitiam licentiæ Laconum, de qua loquimur, satis declarant. Urget enim ea ulterius explicare conantem agmen adversariorum, qui magno impetu sententiam nostram impugnant. Singulos recensere, & prolixum nimis, & tædio foret plenissimum, cum iisdem fere omnes rationibus utantur, præcipuos tamen commemorabimus, ac ab eorum censuris licentiam furandi Laconum vindicabimus. Lacedæmoniorum autem secuti mores, (a) id honoris antiquitati tribuimus, ut quæ ex eâ adduci possunt contra sententiam nostram argumenta, iis primum locum concedamus. Prodeat ergo in medium *Isomentes*, & quæ Spartanis accusandis inservire existimat, primus edisserat. Rhetorum more exclamat, ubi in *Panathen.* quæ supra allegavimus commemorasset. Enimvero quidnam istiusmodi facinorum vel pulchrum, vel honestum est, ac non potius erubescendum? Annon amentes habendi sunt, qui eos laudant, qui à communibus legibus tam longe recesserunt, ne-

C

que

que ulla in re vel cum græcis, vel cum barbaris consentiunt? Alii enim fur-
tis de ditos servis nequiores judicant, illi autem istorum facinorum princi-
pales inter pueros excellere, & honore præcipue dignos esse existimant.

(a) *Crag.* Tab. VII. Infit. III.

§. 19. Acris accusatio, sed exigua apud nos autoritatis, qui oratores
non confulere solemus, quoties vera ac a studio partium aliena expecta-
mus judicia. Novimus enim eorum indolem, & rhetorices finem non ve-
ritatem, sed persuasionem esse & victoriam. Quippe ipsa ad affectus ac-
commodata, verum negligit, & oratoris primum, postea auditorum animos
perturbatos impellit quo vult, ceu ejus in dolem *Hobbesius* egregie descri-
bit. (a) Quæ ne quis ad præsentem locum pertinere neget, *Isocratem* de
se ipso audiamus confidentem. Nec enim, inquit, moderate dixisse videbor,
nec ita ut de aliis, ἀλλ' ὀλιγόθεν, καὶ λίαν πικρῶς, καὶ πανάπασιν ἀνοή-
τως. Quare declamationes ejusmodi affectibus plenas nemini opponi vo-
lumus, minime Spartanis nostris Rhetoras omnium maxime averfantibus.
b) Erubescendas crepet eorum leges, amantes, quibus eorum instituta non
displicent, nihil obtinebit, nisi apud eos peroret iudices, apud quos sufficit
dixisse. Nam quod subjicit Laconum jura nec cum barbaris, nec cum re-
liquis græcis convenire, id innoxium est crimineque caret. Judicent licet
Attici Laconum juvenes servis nequiores, non efficient, ut alii credant, in-
juste propterea agere eos, qui præmiis quoque afficiunt, quos illi penam
promeritos autumant.

a) de Civ. c. 12. §. 12. seq.

b) *Crag.* l. c. T. VIII. Infit. 6. p. 292. seq.

§. 20. Audiamus nunc, ut ad recentiores scriptores progrediamur
Vultejum *J*ctum celeberrimum, qui duas potissimum rationes justitiæ Le-
gis nostræ opponit. (a) Nam & apud plerasque gentes furta gravissimis pec-
nis coercita dicit, & licet forte Spartanorum Legislator laudabilem sibi propo-
suisset finem, non tamen facienda fuisse mala, ut inde eveniant bona. Sed
supponit ille furta lege Laconum permilla per se mala esse, quod est inter
nos τὸ κενόρριμον, neque id quod à plerisque gentibus puniri solet, sep-
sita lege, contra jus naturæ esse dicendum erat. Multarum enim gentium
jus civile non potest reliquis civitatibus adimere licentiam contrarium le-
ge publica constituendi, cum non quid pluribus populis placuerit, sed quid
juris ratio patiat, hic investigemus. Porro *Vinnius* nostram legem da-
mnat, (b) qui furtum naturali jure prohiberi censet, nec gentium mores effi-
cere posse, ut natura justum aut injustum tale esse desinat. Cui satisfieri
posse credimus ex iis, quæ antea de dominii ac proprietatis origine, & legis
cir-

circa ea potestate differimus. Præceptum enim quod furta prohibet hypotheticum non absolutum est, cum præsupponat proprietatem ac dominia. Circa quæ quatenus se imperantis potestas exerat, ac qua ratione apud Lacones Jus in res alienas adolescentibus fuerit concessum, plenius puto §. XVI. & XVIII. ostendimus.

a) ad §. 1. J. d. Oblig. quæ ex del. nasc. n. 3.

b) ad §. 1. J. d. J. N. & G. & C. n. 3. & ad §. 1. J. de Oblig. quæ ex del. n. 6.

§. 21. Facile ex his Jurisprudentiæ universalis doctoribus, *Grotio a*) & qui eum sequitur *Pufendorfio b*) poterit responderi. Urget hic permissionem imperantis impunitatem solum, non conscientiæ securitatem tribuere, & negat principes alias delictis definitiones dare posse, quam quas in legibus Judæorum expressit Deus. Sed sicuti prius non est universale, ita posterius plane dubium nobis videtur. Definitiones criminum ad normam juris divini Judæis promulgati examinandas non concedimus. Nam potest majestas efficere, ut quod meum erat juxta leges Judæorum, meum non sit, adeoque alteri jus id auferendi competat. Neque si recte rem consideres, crimen mutavit Lycurgus, sed de rebus quibusdam civium ita disposuit, ut eorum ablatio furti delicto haud contineretur.

a) de J. B. & P. L. III. c. 4. §. 2. n. 2.

b) Elem. Jurispr. I. r. d. 13. §. 6. 7. J. N. G. I. 8. c. 1. §. 3.

§. 22. Succedit *Coquius (a)* cujus eodem recidunt dubia. Tribus potissimum momentis nititur Legem enim Laconum rejicit, 1. quia furtum sit contra legem naturalem, 2. contra præceptum divinum, 3. quoniam lex civilis efficere non possit, ut nostrum sit, quando acquiritur fraude, quod alienum est. Adhæc regerimus, primo definit esse furtum ablatio à civitate permitti, secundo saltem civitatem non posse reddere id licitum, cujus contrarium olim in V. T. sanxit lex divina. Potius dicimus, non esse omni casu contra jus naturæ, quod aliquando permisit Deus. Si enim esculenta ex aliis hortis auferre, ut & spicas legere ipse Deus Judæis permisit, quidni aliena auferre permittente civitate licitum fieri poterit, cum verum quidem sit, non esse contra jus naturæ simpliciter quicquid Deus in Scriptura aliquando concessit, sed nec esse contra jus naturæ quodcunque Deus hebræis prohibuit. Quod si moralem Dei legem respiciat *Coquius*, ex antecedentibus huic dubio responderi potest. Nam cum furtum esse deserit actio à lege approbata, nec præcepto divino ejus prohibitio potuit contineri. Tertio jamjam ostendimus legem civilem posse efficere, ut dominium rei antea aliena, post surreptionem factam ad auferentem transeat, modo resurgerit alie-

cujus subditi. Exteris enim proprietatem rerum auferre Imperans alius nequit, unde Latrocinium gentis in gentem injustum esse facile *Coquo* contra *Hobbesum* largimur. a) Anat. Hobb. p. 387. & 472.


§. 23. Hos exempli loco adduxisse sufficiat, nam reliquis, qui passim occurrunt, non dubito, quin idem possit responderi. Superest ut ne studio novitatis, aut contradicendi pruritu has elegisse partes videamur, auctoritate quorundam Doctorum nostram sententiam tueamur. Habemus autem consentientes summos Philosophos ac celebres Juris Naturalis interpretes, ex quibus *Seldenum* (a) audiamus. Apud Lacedæmonios, *inquit*, furta quædam licita fuisse traduntur. Nimirum quandam rerum, juxta eorum, quibus legum ferendarum potestas, placita, surreptionem licitam fuisse palam est. Sed in eo, quod licitam eam esse voluerunt, plane dominio rerum apud suos tantum temperamenta adjecerunt, unde velut in communionem quandam eo usque redigerentur. Adeo, ut ex singulari jure dominii id juste apud ipsos fieret, quod furti speciem quadantenus imitaretur, furtum autem non omnino esset. *Robertus Scharrockius* autem eadem fere ratione disserit. (b) Spartiata, *dicens*, Spartiatarum res rapuisse dicuntur; at neque *Ægyptios* neque Spartiatas posse furti incursari, sunt qui sentiunt, solus ille fur audit, qui invito domino res alienas occupat. Sparta vero *Ægyptique* dominos invitos concludi iniquum videtur, cum legi consensisse credantur, qua auctrice, hæc qui fures improprie audiunt, ausi sunt facinora. Lex enim erat, ut in rebus surreptis hac conditione, jus haberent raptores, si morem in actibus ejusmodi exercendis ratum & statutum observarent.

a) de J. N. & G. juxta discipl. Hebræorum L. VI. c. 2.

b) de officiis secundum Jus naturæ. Cap. III. n. 4. p. m. 167.

§. 24. Plures liceret addere, sed nobis isti sufficientes, & iis quoque qui sententias non numerare, sed ponderare consueverunt. Quod superest, Tuam L. B. exoramus veniam, ut, si tux non ex alle satis fecerimus expectationi, conatibus tamen nostris faveas. Poterant plura dici, poterant & ea quæ dicta sunt ornatius effeceri, sed illud instituti nostri ac propositæ brevitatis ratio, hoc festinatio prohibuit, quæ ultimam limam ac *Levriqas* *Opemides*; thesibus hisce adhibere haud permisit. Historiam legis paucis sumus persequuti, ac ipsorum potius græcorum autorum testimonia, quam aliorum fidem secuti. Quæ de origine hujus juris, ac circa ejus historiam quamplurimæ moveri poterant quæstiones, eos Criticis libenter reliquimus, & qua porrimus brevitate genuinum saltim ejus sensum exposuimus. Deniq; de justitia Legis nostras paucis reddidimus rationes, dissentientium argumenta elidere sumus cenati. Meliora docentibus faciles præbebitis aures, qui eorum maxime averfamur pertinaciam, quibus qualescunque sententiæ, si semel placuerunt, non possunt iterum displicere: Ac si quid forte saniori philosophiæ & veritati repugnare deprehendatur, id indicium esse volumus. Finis.





72 Mark

01 A 6670




sb.

R

VJ 17





57
1.
D. D.
INCLYTÆ FACULTATIS PHILOSOPHICÆ
INDULTU

Des
THOMAS
FURTI
APUD LACONES
LICENTIA

d. XVI. Maji M DCC V.

H. L. Q. C.
publice different
M. JOH. SIGISMUND GRIBNER,
&
JOHANN DAVID Ludewig /
Waldheim. Mifn. Alum. Elect.

LIPSIÆ,
LITERIS CHRISTIANI GOEZII.

57
H. L. Q. C.